



Xn. 13.



COMMENTATIO  
DE  
MORBIS VENEREIS  
LARVATIS.

COMMEMORATIO  
ad  
Menses Veneris  
21 TAVRIAL

COMMENTATIO  
DE  
MORBIS VENEREIS  
LARVATIS.

---

A V C T O R E  
ISRAELE STIEGLITZ,  
M. D,

---

GOTTINGAE  
TYPIS IO. HENR. SCHVLZE,  
MDCCCLXXXIX.

## COMMENTATIO

30

MORRIS VENNERIES

22. Feb. - M.

1

ILLVSTRI  
MARCO HERZ,  
PROFESSORI REGIO AC MEDICO  
APVD BEROLINENSES  
CELEBERRIMO,



ILLUSTRI  
MARCUS HERZ  
PROFESSOR REGIO AC MEDICO  
APUD BRESCIANIENSIS  
CERTISSIMO

KOEN.FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE

Morborum venereorum natura et curatio  
recentioribus temporibus ea illustrata  
est luce, ut, quae ad eos spectat, pathologiae  
et therapiæ pars ad maiorem perfectionis,  
quam in his rebus exspectes, gradum educta  
videri debeat. Quid sit, quod opera ingenio-  
fissimorum quorundam virorum diversissima  
eaque implicitissima veneni venerei effecta plus  
lucis acceperint, quam tot morbi simpliciores  
minusque evitandi, quorum cognitio non ita  
hypothesium vanitate et observationum specio-  
fis fallaciis impedita fuit: de hoc quidem quae-  
rere, etsi non plane est e re nostra praesenti,  
nolui tamen hanc rem prorsus sicco praeteri-  
re pede, cum volventi curiosius recentiorum  
de venerea lue libros causæ huius rei variae se  
obtulerint. Liceat igitur prooemii loco viam-  
que ad sequentia sternendi causa, quid mihi  
de hac re videatur, enarrare.

A 2

Inno-

Innotuere praecipue magis, quae luem  
venereum antecedunt, symptomata localia,  
blennorrhagiam puta, primarium ulcusculum  
venereum, tumores glandularum et imprimis  
blennorrhagiæ suppressæ confectionaria et urethrae  
coarctationem. Sedem, naturam, phaenome-  
na, tutissimam eandemque brevissimam horum  
malorum curationem mutuumque eorum ne-  
xum, ita cognita perspectaque iam habemus,  
ut pauca amplius desideres. Medendi rationi-  
bus ac methodis uti coepere, antea vel inco-  
gnitis vel suspectis, iniectionibus scilicet et fo-  
mentis opii, aquae calcis, praeparatis plumbi  
dilutis ac solutione diluta lapidis caustici chi-  
rurgorum, ut alia omittam.

Lues venerea, licet minus, certe tamen  
multum hodie lucrata est. Certior eius diagno-  
sis facta, eam non adesse faepius nobis quam  
antea perfusum est, negamus eam in suppres-  
sa blennorrhagia eiusque confectionariis et in ure-  
thrae coarctationibus reperiri. Adde, phae-  
nomena localia iam ita curari, ut rarius vene-  
rea lues appareat. Ipsa denique curatio magis  
expedita, simplex ac certa. Tempus, dosis,  
for-

forma ac duratio curationis mercurialis accuratius quam ulla alia definiri impedimentisque tutius occurri potest, praematura scilicet ad salivationem propensioni, nimiae nervorum sensibilitati corporisque debilitati, quae quidem obstat solent, quo minus curatio mercurii adhiberi queat. Superfedeo enarrandis opinionibus praeiudicatis erroribusque nostra aetate in hac re proscriptis explosisque.

De originibus, propagatione et mutationibus morbi subtile disquisitiones institutae sunt. Habemus indices librorum huius generis et copiosissimos et propria cuiuslibet enarrantes. Quid, quod de primo ortu morbi conjecturam vir doctus ingeniosissimam magna veri specie blandientem tentavit.

Extra omnem dubitationis aleam positum est, progressus in cognoscendis sanandisque morbis venereis iamiam factos esse egregios, cum inciperent symptomata localia pro talibus, haud pro causis vel effectibus suis venereae prorsus necessariis habere. Blennorrhagiae subtiliori cognitioni omnis in hoc genere scientia accuratior superstruebatur. Quo sobri-

us atque prudentius blennorrhagia tractabatur,  
eo latius lux saluberrima in hac medicæ artis  
regione sparsa est. In hanc ipsam blennorrhagiæ  
studia sua potissimum converterunt, opi-  
nioneque de ea et assertiones magno cum  
aestu agitarunt. Cæteris symptomatibus spe-  
cificum certo certius mederi, in quacunque  
tandem modificatione adhibetur, persuasum  
sibi habebant. Quantopere hypotheses cras-  
sissimæ meliori cognitioni blennorrhagiae of-  
ficerent, quae tamen non adeo difficilis erat,  
cum partes spectaret scrutinio obvias, et quo-  
rum structura ac functiones notae essent, et  
quantopere excellentissima ingenia opinionum  
præconceptarum et a maioribus per manus  
traditarum vi se in transversum rapi passi fue-  
rint, res est haud dubie memoratu dignissima,  
cuius historiam causis et rationibus illustratam  
scripturus operæ pretium facere videatur. Verum  
ex quo obscurae, quae insedebant medicorum  
animis, notiones perspicuae factæ sunt earum-  
que vanitas intellecta est, via erat parata, qua  
pergentes viri acutissimi angustos cognitionis  
nostræ in hac re fines ac terminos latius pro-

fer-

ferrent. Symptomata localia omniaque testium et urethrae phaenomena ditioni chirurgiae accesserunt. Quo facto nostra harum rerum cognitio, eam plenitudinem et evidenciam, qua plures artis huius partes gaudent, impetravit.

Duo sunt, si hanc novam medicae artis accessionem eiusque rationes sine partium studio consideres, momenta, quae animo in primis obversantur. Et primo quidem anatomia et physiologia subtilior in medicina practica non adeo, ut multi simulant, supervacanea censenda est, nec a vero multum aberrare videatur, qui hoc ipsum studium subtilius unice ad medicum practicum recte formandum et excendum facere assevereret. Quantum est, ut his exemplis utar, quod inventis in doctrina de vasis lymphaticis et illustrationi doctrinae de consensu partium corporis humani debemus!

Secundo, iniuria multis, philosophari in medicina, suspectum videtur, nefcio quem experientiae neglectum, hypothesum studium nimium ac dogmatissimum in philosophando odorantibus. At vero medicus philosophus

critica lance omnia ponderat et ante omnia,  
 perspectis animi humani limitibus scientiaeque  
 angustia, liceatne nobis in certo aliquo casu  
 definire aliquid et, quoad rem certe decidere  
 detur, explorare et efficere studet. Principia,  
 quibus innititur, accurate describit, ambitum  
 que eorum, nexus et usum declarat idem  
 perspicuus semperque sibi constans. Hypo-  
 theses, quando iis carere non potest, mode-  
 ste proponit eoque tantum consilio, ut unitas  
 et ordo notionum ab experientia ductarum si-  
 bi constet, et ut, quomodo hae ipsae notio-  
 nes amplificandae sint, apertum faciat. Lon-  
 ge abest ab eorum temeritate, qui *verbo* ac *de-*  
*finitione* aliqua nominali rem ipsam satis se ex-  
 plicasse arbitrantur. E contrario medicus aphi-  
 losophus, cum se philosophari non posse sci-  
 at, ea quae scit, ab experientia so' ummodo  
 pura et sincera se didicisse existimat. Verum  
 enim vero, ut experientiam veram ac simpli-  
 cem a falsa et fucata secernas, critico acumine  
 et sagacissimo ingenio opus est. Accidit igitur  
 inscio et invito fere eiusmodi medico, ut sy-  
 stema sibi formet nullo unquam tempore a se  
 examinatum, cuius proprius et peculiaris cha-

ra-

radier hic fere est, ut multa in eo temere ponantur, multa sibi non convenient, hypotheses audaces et iusto arragantior et imperiosior indoles ibi regnent. *Hunterus* nondum accedit ad summam illam, quam mihi fingo, philosophici medici ideam quicquid tamen et ille et alii quidam praestantissimi medici in doctrina de morbis venereis egregie praestiterunt, a philosophico illo, quem dixi, genio unice profectum est, quo illi agitante incaluerunt. Est utique Hunterus audacior in amplectendis reiiciendisque opinionibus, nihil tamen temere assunit, claras et perspicuas rerum notiones informat mutuumque earum nexus declarat.

Quod in vulgari tamen olimque stabilito systemate de morbis venereis principia magis quam in Hunteri systemate fundamento destituta reperiantur, de quorum fide ac veritate, cum antiquitate auctoritatem et commendationem acciperent, nemo facile dubitaret, licet incredibile et parum probabile videatur, accuratius investigando tamen manifestum fiet. Medicum, qui et ipse philosophus est, *philosophicum medicum* vocandum esse eis vulgo in-

Germania creditur, a vero tamen alienum videtur. Ingenue enim profiteri liceat, cum plures nostrorum medicorum libris philosophici argumenti inclauerint et de medicina practica egregie meruerint, tamen non nisi duo philosophiam et philosophicam subtilitatem ac differendi rationem ad medicam artem *in operibus maioribus* transtulisse, quam laudem Perillustris de Zimmermann immortali operi de experientia in arte medica et illustris Marcardi parti II descriptionis Pyrmonti unice competere, quis est qui nesciat? Illustris *Herzii* de vertigine liber gravissima sui parte e psychologiae empiricae recessibus ductus est et in censem potius philosophorum quam medicorum librorum venit.

Quicquid tamen in laudem praesentis conditionis scientiae nostrae de morbis venereis et virorum, quibus eam acceptam ferimus, praestantissimorum a me allatum est, non ita accipivelim, ut omnia iam in hoc genere exhausta et ad liquidum perducta, et ut continuandis et intendendis studiis nihil omnino addi et emendari posse, affirmare voluisse videar. Quod enim

non.

nondum humanis viribus accedit, ut ad summum aliquod fastigium cognitionem aliquius rei evenerent, eo minus cognitioni morborum venereorum usu venire potest, quo arctiore cum aliis artis medicae partibus, obscuritate adhuc magna laborantibus, vincula constricti sunt. Interea progressus in his studiis faustissimi expectari possunt, dummodo operam iis dare pergent viri acutissimi, qui observationibus vulgo dictis et hypothesibus dissidere, examinandisque et ad veritatis trutinam exigendis vacare et velint et sciant. Cardo rei in eo quidem verti videtur, ut strenue et acriter inquiratur, an lues venerea indicis manifestis semper se prodat, an iisdem semper symptomatibus appareat, an eundem habeat cursum perpetuum, an certo adeo tempore erumpat, propagetur et finiatur, an morbi larvati venerei sint, qui in medicorum systematibus locum sibi vindicant gravissimum et ab experientia certa atque indubitate confirmari putantur. *Girtannerus* medicinae Doctor celeberrimus, primus omnium pro acumine suo mancas et suspectas esse has observationes vidit. Sed non contentus eo, omnino, esse morbos

bos venereoſ larvatos, negavit. Quo jure hoc fecerit, nondum decidi potest. Habebat forte vir praeftantissimus, quibus corroboraret suam sententiam, argumenta in recessu: ea vero, quibus in opere aureo usus est, vereor ut lectorum et admiratorum huius libri votis ac desideriis satisfaciant. Notiones admodum diversas, quae sub *larvatorum venereorum morborum* nomine comprehenduntur, Cl. Girtanner. non separavit, et quae contra unum eorum genus disputavit, ad singula genera transtulit. Parum est ad persuasionem de opinione aliqua in doctrinibus excitandam, si unum aliquid argumentum pro contraria sententia infringitur (licet haud contemnendus hic labor videri debeat, praesertim si, ut hic factum, argumentum ab experientia petitum esse fertur), et si assertiones, ad quas asseclae huius sententiae nonnulli abripiebantur, ridiculae traducuntur. Quod meam qualecumque sententiam Cl. Girtanneri assertis opponere ausus sum, nulla excusatione apud virum candidissimum egere, cumque aliter sentientes lubenter ferre atque amare, etiam si consuetudo ipsius exoptatissima me non docuisset,

set, certe indoles eius in iis, quae scripsit, perspecta mihi prorsus persuasisset. Aliorum tamen causa, qui pugnam et rixam deprehendunt, ubi nulla est et esse potest, palam profitendum putavi, me in hoc argumento tractando non fuisse elaboraturum, nisi mihi persualum fuisse, reverentiam nullo modo tolli dissensu, levissimumque opinionum dissensum in tam egregio tamque consummato opere, *Girtanneri* inquam de morbis venereis, magnam excitare debere attentionem, dignumque esse, cuius rationes et tibi et aliis expōnas. Si qua in *Girtanneri* scriptis reprehensioni ansam praebere videantur, non tergiversanter tecisque sed aperte hoc facere ipsa eorum gravitas et praestantia iubet. Fieri quippe aliter non potest, quin in maiori aliquo opere perficiendo partes quaedam mancae nec omnibus numeris absolute reperiantur, cum e contrario, qui operi aliqui paulo maiori eleborando impar sit, facile particulam aliquam singularem intensa ingenii acie feliciori cum successu tractaturus sit. Mihi quidem ut ad propositum meum proprius accedam, neque, morbos venereos larvatos esse,

esse, neque non esse tales, plane persuasum est, nec alterultrum ut asseverem, mihi sumo: sed periculum tantum feci enarrandi difficultates utriusque sententiae proprias exponendique eas evitandi rationes ac modos atque uberiorius declarandi, simulque quaestionem hancce diversi generis res complectentem curatius constituere ac definire tentavi.

Rem aliquam *larvare*, sit *venia* verbo; idem est ac rem aliquam celare, h. e. eam eiusque effectus non patefacere, vel vulgares saltem effectus non aperire, vel denique tales tantummodo declarare effectus, sub quibus aliud saepius obiectum repraesentatur. Causa morbi larvata tum est, quando nullis morbosī status vestigiis patescit, quando symptomata inconsueta singulari et haud usitato ordine vel symptomata eorumque seriem, quae cum alia morbi causa vulgo nexa et coniuncta esse solet, procreat atque producit.

Virus venereum, si audias medicorum effata, omnia haec larvarum genera eligere posse putatur. **Integros annos in corpore latescere sine**

sine effectu dicitur, per indefinitum temporis spatum operari, nullis manifestis indiciis attentionem excitantibus, censetur. Nulla est partium vel solidarum vel fluidarum corruptio, nulla praeternaturalis harum conditio, nullum morbi genus, cuius causam non in veneno aliquo quae siverint, quo<sup>d</sup> quocunque modo corpori se insinuare, per id meare eiusque partes singulas insidere et contaminare, quemlibet humorem corrumpere et suae naturae participem reddere posse existimarent. Quae effecta singula omnino ac sine limitatione veneno venereo tribuebantur, posthabita eius ad leges oeconomiae animalis exigendicura. Scilicet haec unica morborum causa multitudinem morborum una gignere et non gignere, vel cum certis ac determinatis vel cum incertis consecteturis, vel certa vel incerta duratione, tam fortuito quidem, ut eius effecta subito cessantia aliquando derepente rursus existere vel non existere possint. Diu in possessione sua haec opinio mansit, nullis observationibus ac studiis accuratiis constituta ac correcta multorumque medicorum libros occupavit. Favebat ei vulgus

ho-

hominum, optimus quisque eam rejiciebat. Sed ne honorificum medicae artis culturae putas, pariter temere ac sine accuratiore investigatione, observatione ac determinatione. Quaerebatur tantum de eo, an Mercurius applicari debat: quod cum primum constituisse atque definiisset practicus medicus, quod elogium quis sibi non vindicet? omnibus aliis quaestionibus se recte supersedere arbitrabatur. Interea in recentiorum de venereis morbis scriptis notiones adeo determinatae experientiaque certissima suffulta proponuntur, ut fieri aliter nequeat, quin sectator morborum venereorum larvatorum pertinacissimus, modo illas noverit et examinaverit, plures opiniones suas revocet alioque suam causam modo proponat. Antequam quaestionem controversam de existentia morborum venereorum larvatorum et argumenta, quae cum pro ea, tum contra eam afferri solent, attingam, separanda sunt ab ea, quae nunc quidem vel ad eam non pertinent vel ad liquidum perducta sunt.

Diversa marborum venereorum larvatorum genera sub has classes revocari possunt.

(I)

I) Inefficacia veneni venerei per longius breviusve tempus, quod consuetis vel inconsuetis symptomatibus erumpit et vel desinit vel pergit morbum venereum larvatum formare. Infectio per generationem cum embryone communicata in primis per plures annos hanc inefficaciam pati dicitur, nec non illa, quae per corpus suppressa blennorrhagia dilatatur.

II) Tardae clandestinae et partiales tandem operationes veneni venerei, quod tandem se conspiciendum praebet, plures partes invadit atque occupat, ita ut iam causa morbi per phaenomena appareat, quae luem venereum manifestam aliudve genus luis venereae larvatae efficiunt naturamque causae suae vel in fronte gerunt vel abscondunt.

III) Efficta veneni venerei manifesta sed haud usitata, et quae vel cum usitatis et sollempnibus vel absque his apparent, eo quidem modo atque ordine, ut alia morbi causa innuatur, saltem venerea eorum natura non agnoscatur.

Diversa haec larvationum genera diligenter semper secernenda et nunquam confundenda sunt.

sunt. Neglectus huius discriminis omnem de  
venereis morbis larvatis doctrinam perturbavit  
uniceque impedivit, quo minus fausto cum suc-  
cessu vel defendetur vel impugnaretur. Om-  
nia argumenta contra morbos larvatos primo  
loco a nobis positos directa, omnis defensio a  
morbis larvatis reliquarum classium repetita.  
Adversarii nil nisi absurdia, fundamento ac  
fide destituta huius, quem reiiciebant, doc-  
trinae videbant; quae tamen defensores doctri-  
nae suae, cuius non arx sed externa munimenta  
temere illi iuncta petebantur, firmitate et certi-  
tudine freti amplectebantur. Ita ad disceptatio-  
nenem non vocabatur id, quod unice ea dignum  
erat et quod examini severissimo non satis subi-  
ci poterat.

Ipsam historiam medicinae corrupti neglec-  
ta harum notionum dilucidatio ac descriptio di-  
lignantior. Quod, si teneamus eam rationem,  
quam loquendi usū adhibito proposui, vix con-  
tendere poterimus, *Baglivium* morbos venere-  
os larvatos excogitasse primum, eos longo post

eum temporis intervallo nondum ab omnibus  
esse adoptatos. *Astruccium* tantum obiter eorum  
mentionem iniicere, eosque reilicere videri.

Primum morborum venereorum larvarum  
genus non solum omni fundo caret, sed omni-  
bus adeo physiologicis pathologicisque notioni-  
bus sanis repugnat. Ipsum morborum venere-  
orum nomen, si de verbis contendere vellemus,  
impugnari posset: venenum enim, non mor-  
bus ab eo effectus, in corpore est. Ineffica-  
cia veneni e defectu dispositionis ad morbum  
venereum vel e conditione veneni, quod ita  
involutum est vehiculo, ut cum corpore proxi-  
me non coniunctum sit, et quod ab hoc vehiculo  
postea liberatur, explicari potest. Morbum sine  
dispositione praevia formari nullum, certum est.  
Pauci vero morbi, ut producantur, singulare  
dispositione indigent, plurimi vulgarem tantum  
irritabilitatis et sensibilitatis adversus irritamen-  
tum adhibitum gradum, e quo sponte morbus  
nascitur, desiderant. Venereus morbus pro-  
babiliter ultimis accensendus est. Sed opponi  
duplicis inefficaciae veneni causae hoc potest,

B 2

quod

quod virus venereum, etiam si non qua tale operatur, certe tanquam aliquid heterogeneum, corpus impellit, irritat, et motus excitat, qui vel corpori vel ipsi veneno nocent, eius efficaciam vel propagant et per corpus spargunt vel venenum e corpore expellunt. Res heterogeneous ac nociva nullo pacto *quiescere dormire*, quod vulgo aiunt, potest. Hoc assumere velle, omnibus oeconomiae animalis regulis adversatur. Experientiae, quas provocant, cum per se, tum quatenus huic morborum venereorum generi afferendo adhibentur, in dubitationem vocari possunt. In multis huius generis casibus omnino quaeri potest, fuerintne venerei nec ne? Et si vel maxime venerea eorum indoles vindicetur, tempus certe contagii nulla ratione definiri potest. Raro fides aegrotis habenda, infectos se ex amplexibus impuris esse unquam vel prorsus negant vel in juvenilis aetatis tempora hoc reiiciunt vel in lasciviam iuventutis vel in maiorum libidines culpam devolvendo. Et quis in certo aliquo casu, si vel aegroti confessio omni dubitatione maior sit, afferere

certo

certo ausit, venenum paulo ante quam moribus  
 erumperet, non nisi per concubitum corpus  
 penetrare potuisse. Inveniri enim tales infec-  
 tiones, quae non ex Venerea consuetudine  
 ortum ducant, et a quibus castitatis honesta-  
 tisque praefidiis non defendimur, negari non  
 potest, licet non tam crebro et tanta varietate  
 existant, atque olim creditum est. Sunt qui-  
 dem, qui infectionem e communi poculorum  
 et lectorum usu negent locum habere posse,  
 sed rationibus non satis certis et evidenter  
 duci. Raram eiusmodi contagionem esse  
 facile concesseris, *impossibilē* esse neges. Sed,  
 inquies, lues venerea sine praeviis phaenome-  
 nis localibus erumpere non potest. Quibus  
 reponendum videtur, haec ipsa phaenomena  
 saepe tantum ulcuscula venerea fuisse, quae pro  
 conseptariis luis venereae iam se palam exseren-  
 tis haberent, non probato tamen eo, quod  
 comprobandum erat, haec ulcuscula venerea  
 secundaria, non primaria fuisse. Interea vel  
 ipsi criterio multa opponi possint. Cur tan-  
 dem virus, ut luem venereum producat, mo-

disificationem in externa corporis, in quo luem  
venereum efficere debet, parte necessario acci-  
piat? Cum enim ephaenomeno locali venenum  
alii corpori communicetur mutationem iam,  
si quidem, cuius tamen rei necessitas non appa-  
ret, modificatio per inflammationem aut ulcus ne-  
cessaria est, accepit et nihil aliud postulari potest,  
quam ut eam iterum in *hoc* corpore patiatur  
eius corpori donet, sine qua dispositione ad  
luem venereum caret. Fuit vbi lues absque  
symptomatibus localibus antecedentibus erum-  
peret. Hunterus atque Girtannerus eiusmodi  
exempla commemorant, sed videntur ipsis  
phaenomena localia adfuisse, licet adeo mitia,  
ut observantium aciem effugerent. Hoc ita  
statuere criterium ab ipsis positum eos cogebat.  
Quod tamen cum in coniectura sit positum,  
nec ab experientia ductum sit, eodem iure  
reiici potest. Cogitari enim potest, virus ve-  
nereum tam celeriter absorberi et per corpus  
dispergi, ut effecta localia non edat nec blen-  
norh-giam, ulcuscula venerea, bubones alia  
que, primario causetur, nihilo tamen secius  
intus

intus venereum morbum propaget. Quam  
saepe enim virus vasa lymphatica lymphaticas-  
que glandulas permeat, ita ut illa tamen ab  
inflammatione intacta serventur. Interea de  
hoc criterio statuat, quod quisque vult. Ad-  
versus eos, qui ei indulgent, defensio parata  
est, dum adfuisse phaenomena localia affirmes  
plane non animadversa.

Ut hanc larvatorum morborum classem  
vel levissima veri specie, quam prae se ferre  
possit, exusum, pernegandum mihi est, morbum  
venereum generatione propagari posse haeredi-  
tariumque morbum esse habendum, dicendum  
que in primis de blennorrhagia suppressa eius-  
que consecutiis, e quibus plurima exempla  
ducta sunt. Generatione morbi propagari  
possunt, qui tantum certam partium dispositio-  
nem requirunt, quae ipsa morbi causa est  
eamve producere potest, velut in morbis ner-  
vorum, in phthisi aliisque. Morbus autem  
venereus sine veneno venereo, quod corpori  
necessario inferri debet nec sola aliqua disposi-

tione formari potest, nunquam existit, adeoque haereditarius morbus esse non potest. Adde, semen probabiliter morbo venereo, si unquam, raro certe corrupti. Ad illud secernendum organa subtilissima adstant, quae vel nullas partes heterogeneas et infectas ex massa humorum recipiunt vel ita immutant ac transformant, ut natura eorum heterogena, et venerea adeo, pereat. Ipsi testes in symptomatibus venereis plerumque per sympathiam tantum et consensum partium afficiuntur et raro a veneno venereo invaduntur. Hunterus phaenomena testium cum lue venerea nexa adeoque vere venerea unquam se observasse negat. Interea si aliquid pravi et contagiosi semini communicatur, etiamsi demum fiat in eius per urethram meatu, vi certe sua genetrice privatur. Quodsi autem humor corruptus, velut mucus venereus contagious urethrae tantum cum eo coniunctus est, evolvere se tamen cum eo et omnes cito partes invadere non potest. Quaerere liceat, an omnino hoc venenum vterius, quam in vaginam penetrare possit, quo usque alias eius effecta vnicet patent. Nec infantes cum phae-

nomo-

nomenis venereis, quae observationi patent, in lucem eduntur, et si qui a matribus eduntur, quae eiusmodi symptomatibus in partibus genitalibus laborant, vestigia malii post decem duadecimue demum dies in conspectum veniunt, certissimo documento, contagionem natalium tempore demum eos occupasse. Nec causa adest, cur statuamus, venereum morbum partes externas tum demum occupare posse, cum externo aëri exponantur. Morbos enim cutaneos vel in infantibus nondum natis existere posse exempla icteri, variolarum &c. loquuntur. Internas eiusmodi infantum partes non in communionem contagii venire ea docent, quae cl. Girtanner. e diariis medicorum nosocomii Vaugirardensis prope Lutetiam, in venereorum infantum usum instituti, attulit, longe plures venereoos liberos relative pueritiae annos superasse quam sanos i. e. venereo morbo non infectos. Cl. Girtanner. in hoc nosocomio omnes huius morbi vicissitudines in liberis magna cum sollertia obseruavit et egregie descripsit. Abortus vero matrum venerea lue

insectorum crebriores pro suo systemate vir  
dctus e corrupta matrum et inspissata lymphā  
ad alendum foetum necessaria, explicat. Mal-  
imus causam ex corruptis matris humoribus  
repetere, e quibus foetus humores praeparantur,  
ita tamen ut simul rationem constitutionis  
maternae morbo debilitatae habeamus

Pleraque praedicorum medicorum ad lar-  
vatorum morborum venereorum existentiam  
tuendam allata testimonia in eiusmodi casibus  
versantur, qui suppressae blennorrhagiae olim  
perperam curatae tribuuntur. Quodsi ullus  
morbus phaenomenis suis ac pertinacia, qua  
confueta remedia respuit, suspicionem clande-  
fisi veneni venerei movet, diagnosis morbi  
certissima esse creditur, si aegrotans, aliquando  
blennorrhagia affectus fuit, cuius fluxus non  
per sex octohebdomades procuratus est.  
Saltem ita de diagnosi tum hominibus persua-  
sum est, ut mercurii usum adhibere nulli du-  
bitent, qui si morbo medetur, ut multas mor-  
borum causas viribus valde resolventibus, ape-  
rientibus aliisque tollit, nova observatione

facta

sacta se in tali diagnosi formanda egregie confirmari putant. Etiam aliorum morborum larvatorum venerorum, ope eiusmodi observationum vere larvatorum h. e. id non probantium, quod probare debebant, patrocinium suere qui susciperent, non cogitantes illi, bonaee cause valde officere, si rationibus levibus ac parum firmis adstruitur, quae si sub examen aliquando vocatae firmo pede non stant, ipsius cause bonitatem suspectam reddunt. Consilio igitur nostro accommodatum videtur, latebras falsarum harum assertionum aggredi et de suppressa blennorrhagia eiusque consequentiis verba facere. Recentiorum libros huc pertinentes, praesertim Girtanneri et Hunteri, semper hic ante oculos habeo iisque mea superstruxi.

Inventis gravissimis utilissimisque accidit sere inqua fors, ut superatis tandem impedimentis in vulgus sparsa et ab omnibus adoptata, nimia extensione et perverso viu faepe ita corrumpantur et pervertantur, ut difficile sit quaestionem, respectu virorum de scientiarum incrementis

incrementis meritissimorum agitatam saepe et negatam, decidere, plusne emolumenti quam detrimenti nobis attulerint. Positiones practicæ medicinae longe gravissimae de viribus naturæ medicatricibus, quae malis corpus destruentibus occurunt, de viribus vitalibus et de solido vivo, amplissimum speculationi, quae nuper rime demum investigationum studia intracertos fines et limites humanae menti positos coercere coepit, spatium et campum aperuerunt, cum potius observandæ diligentius iuxta aegrotorum lectulos et modo experientiae consentaneo simpliciter exponendæ fuissent. Lis quidem tunc nulla fuisse suscepta de eo, essentne hæ vires corporis, an animi propriæ, an ad utrumque referendæ: sed perspectum facile et intellectum fuisse magnam quidem sapientiam in iis constituendis inesse nec sine iis corporis nostri machinam constare posse, neque tamen ubique, quod vulgo creditum est ab iis, qui his viribus cogitandi vim et omniscientiam tribuerent, finem, unitatem et rationem atque scopum

et numerum.

scopum prodere. †) Tunc non socordes et otiosi fuissent medici, vbi arte, si non omnia, plurimum certe profici poterat, qua neglegta tot machina corruptionibus est obnoxia. Praesertim desiissent otiosi et stupore atque admiratione sapientiae plenarum naturae virium abrepti spectatores esse, quotiescumque evacuatio aliqua sua sponte vel adaudita vel excitata appareret. Est quidem summa saepe medici ars in eo ut spectator tantum adsidet, sed hoc artis esse debet, non praeiudicatae opinionis. In perniciem artis et aegrotorum eiusmodi praecognitae opinionis vis medicos

in

†) Agere vero hae vires naturae medicatrices ita videntur: haeterogenea excitant finitum alacritatem, multarum mutationum motuamque causam, quarum plures coctionem heterogeneorum et crisin facere possunt et faciunt saepe. Ars medica semper mutationes, motionesque salutares cognitas habet, omnes contrarias opprimere, salubres vero vel augere vel intinuere pro vario respectu studet. Non est huius loci, hanc rem cogitandi rationem uberiori exponere eiusque praticos usus declarare. Nititur ea tamen experientia nec ab hypothesi deturpata est.

in blennorrhagia tenuit. Secundum ea, quae praeclare ab Huntero disputata sunt, ablui et abstergi virus blennorrhagiae nullo modo ab ea parte potest, quam iamiam irritavit, inflammat et cui eam dispositionem dedit, ut quicquid in hac inflammata et secernente superficie tam crebro secernitur, virus venereum fiat. Irritamuntum venereum et inflammatio specifica ei respondens augeri nullo pacto neque novo extra accedente blennorrhagiae vel ulti-  
culturum venereorum veneno potest neque eo, quod blennorrhagia et ulcuscula venerea ipsa producunt, veneno. De eo tollendo igitur non est laborandum †). Quaelibet mutatio

effluxus

†) Iniectiones remediorum mucum solvientium, de quibus cl. Gartanner ambigit, mucumne tantum resolvant, in quo virus venereum in volutum tritum operari potest, an vero natura sua alcalina vcn num venereum defrnant; hae igitur iniectiones solutionis sufficienter dilutae, e lapide caustico chirurgorum vel ex aqua calcis recenti, ex his notionibus tantum pro remedii prophylacticis blennorrhagiae haberi possunt, quae cum primum erupit, reiicienda sunt. Inflammationem, non vero specificam venereum, augere

effluxus ex urethra medico practico in blennorrhagia per se perinde est, et curat illam tantum hactenus, quatenus conditionem, gradum et modum inflammationis urethrae declarat. Quando fluxus subito suppressus est, et iam tumor testium, acuta ischuria vel chemosis acutissima cum symptomatibus vehementissimis sequuntur, perversam et errores multos gignentem rationem instituunt, qui attentionem ad suppressum fluxum, non vero ad eius causam, vehementem urethrae inflammationem, convertunt, cuius imminutionem blennorrhagia restituta tantum testatur, sed ita, ut neque inflammationem neque exinde ortos testium tumores etc. tollere queat. Fingunt fibi hic locorum mutationes et metastases veneni, quae vero, ut ostendere conabor, locum habere, nullum possunt, omniaque illa consectaria cum multis aliis nunquam cum blennorrhagia iunctis, non consensui cum urethra tribuunt, qui tamen omnia, quae quidem  
**observata**

augere tantum possunt, cum effectus eorum destruentes, quos edunt in causa, veneno scilicet venereo, nil mutat,

observata sunt, coniectaria explicat, sed exceptioni veneni per vasa lymphatica et transmissioni eius in certam partem vel infectioni humorum per venenum potius tribuunt. Sed iam in minori gradu inflammationis urethrae vasa resorbentia ita occlusa sunt, ut absorberi nihil possit: unde simplicem blennorrhagiam nunquam lues venerea sequitur. Quis igitur credere possit, tum, quando inflammatio et spasmi tanta cuperunt incrementa, ut vasa secerentia adeo occlusa sint, liberari posse vasa resorbentia functionesque suas continuare? Quis credat, hac resorptione veneni ex urethra, quod vulgo paulo ruidus pro propulsione veneni in sanguinem habent, inflammationem illius tolli et venenum, causam quippe et effectum inflammationis, plane eiici posse? Quis ausit absurdas, quae in his latent, assertiones pugnantesque tueri, quae tamen suos diu habebunt in medicis patronos? Notio metastaseos in morbis contagiosis locum habet nullum. Potest quidem contagium sensim pedetentimque vicinis partibus se insinuare vel absorpto et celeriter propagato veneno renotas

tas partes invadere. Sed metaftatis exigit id, vt  
hoc insufficientis veneni meatu pars, quam re-  
linquit, morbo liberetur. Accepit vero illa pars  
mutationem, per quam humoribus, quas se-  
cernit, naturam causae, quae ipsam ita modi-  
ficavit, communicat. Quodsi hi humores  
corpore expelluntur, vel in aliam partem de-  
ponuntur, eo non mutatur pars illa, cui po-  
tius inhaeret modificatio sua et qui novos hu-  
mores conditionis venereae profert. Licebit  
hic ad ea, quae supra de hac re dicta sunt,  
provocare. Cogitandi rationem de suppressa  
biennorrhagia et argumenta pro ea a nobis al-  
lata in dubitationem vocari posse, non credi-  
derim; mirabile tamen videtur, in plurimis ca-  
sibus de ea eiusque conjectariis animadver-  
sis, quae quidem conjectaria saepe diu du-  
rant, nullam plane in urethra, cuius summa  
inflammatio quoconque certe modo solvi ac  
finiri debet, mutationem observatam esse; mi-  
rabile porro, creationes, quando fluxus sup-  
primitur et testium tumor adeat rariores mi-  
nusque aut plane non cum dolore coniun-  
ctos, et urinam sine magnis, saepe sine ulti-

G

CRU-

cruciatis et impedimentis emitte. Fateor  
equidem, haec phaenomena mihi inextricabi-  
lia et cum theoria nullo modo copulanda vi-  
deri.

Restat igitur, ut de secunda et tertia mor-  
borum latvatorum venereorum classe dispicia-  
mus. Operae pretium est, ut hi ipsi propter  
varias difficultates, quae impediunt, quo mi-  
nus adhuc certi quid de iis statuamus, propter  
defectum observationum eorum existentiam ac-  
curate demonstrantum, propter inopiam ar-  
gumentorum, quibus veneni venerii effectus  
ita in fines angustos cogunt, ut huius gene-  
ris larvati morbi esse plane non possint, propter  
dubia denique multa ei, qui haec negat, tol-  
lenda, ut propter has, inquam, causas omnes  
hi morbi larvati curiosius et cautius observen-  
tur, ac declarentur, et ut causa adeo non qui-  
dem statim decidatur, certe omnia ad litem  
componendam praeparentur.

Classis secunda, quae successivas, in  
principio et progressu invisibilis, operationes  
venerei veneni in partibus consuetis et incon-  
suetis, modo solito vel insolito, complectitur,  
plurima

plurima eaque gravissima momenta, quae ei vel favent vel officiunt, investigationis cum tertia classe communia habet, quae tamen in tertia classe, in qua omnia graviora, magis perspicua et sensibus obvia sunt, melius exponi possunt, adeoque hic a me emittuntur. Illud igitur tantum, quod secundae classi proprium est, hic querere ac dijudicare iuvat, non quid et ubi venereum virus operetur, sed quomodo, tardius an ocyus, cursu ac tenore determinato an indeterminato? Cl. Girtanner. cursum eiusmodi ac tenorem huius venereae constantem aequa ac in ceteris morbis omnibus esse affirmat, haud vero exponit, id quod eo tamen optabilius erat, cum primus eius sententiae auctor et assertor sit. Valde tamen inconstans esset constans hic morbi venerei decursus, si eius initium, incrementum, summum fastigium, decrementum deinde ac finis, non magis certis temporum et immutabilibus intervallis ac decursus reliquorum morborum eveniret. Sed quo minus veram dodifissimi viri mentem affec-tus videar, suspicionem mihi movethoc, quod sententia eius a me allata refutationem nimis

Ca

facile

facile admittit. Phaenomena localia tempore  
valde incerto et inconstanti erumpunt, duratio  
eorum de duratione tantum venereae eorum  
naturae loquor — certa definiri nequit, scilicet  
si sibi ipsis relicta sunt. Tempus, intra quod  
symptomata luis venereae se produnt, et intra  
quod venenum e massa in certas partes deponitur,  
ipse Girtannerus vagum et iuconstans vocat.  
Haec luis venereae symptomata non semper  
eodem ordine se invicem subsequuntur, nec  
semper iisdem intervallis temporum manifestan-  
tur. Idemne horum symptomatum, si non  
curantur, exitus eodem temporis punto  
accidens febris hecticae et mortis? Quam diu  
saepe aegroti corpus venerea lue misere affeatum  
trahunt? Eiusmodi exempla pratico cuilibet  
medico occurunt et in omnibus de morbis  
veneriis libris commemorantur. Virus vene-  
reum vehemens et celeriter operans vix dici  
potest, quandoquidem diu in eodem loco  
delitescere solet, raro et post longum demum  
temporis tractum per vicinas partes propagatur  
casque pariter ac primam suam sedem destruit.  
In vulgaribus blennorrhagiae casibus inflamma-  
tio

tio valde exiguum in urethra ambitum occupat et exiguum gradum habet. Ambitus quilibet maior auctusque inflammationis gradus a neglecta cura proficiscitur et probabiliter specificē venereus non est. †) Primaria et secundaria ulcuscula venerea diu suam inflammationem intra ulceris ambitum continent, nec tanta cum vehementia et velacitate ac in simplicibus ulceribus propagant. Inflammatio venerea bubonum partes propinguas inflammare nequit; hoc tum demum fit, quando venerea inflammatio in suppurationem abiit, et pus adeo eodem modo ut quodlibet irritamentum vulgare operatur. Maiores difficultates in tollendo hoc malo vehementiores eius effectus non probant. Phaenomena, quae in partibus genitalibns saepius ex ulcusculis venereis oriuntur et horrendi dolores osteocopi venereum luem sequentes,

C 3

tes,

†) Praeconcepta aliqua et saniori blennorrhagiae curationi valde noxia opinione inflammatione urethrae vulgo vehementissima habita est. Errori ansam dedere vehementiores dolores, qui tamen non proxime et vnicce ab inflammatione, sed etiam a motibus et extensionibus partis inflammatae, per erectiones et urinae transitum orti, derivandi sunt.

tes, a structura et conditione harum partium existunt, quae per alias acrimonias forte vehementius adhuc infestarentur.

Quidni igitur ex analogicis rationibus sumere hoc liceat, partes internas, ubi venereo veneno inficiuntur, pariter minus fortiter ac vehementer, quam vulgari inflammatione fieri solet, incendi. Vulgaris inflammatio saepissime chronica et latens est, quidni probabilius adhuc idem de venerea inflammatione concilere liceat? An vero omnino interna venerea inflammatio locum habeat, infra demum disputandi locus erit. Nec minus probabile censendum est hoc, infarctus aliquosque viscerum morbos, si qui sunt venereae indolis, leniores et minoris ambitus esse futuros, quam caeteros cuiuslibet alius generis omnes. Et morantur hinc tamen saepe numero diutissime in corpore, nec late se propagantes nec magnos motus excitantes. Quae igitur hac in classe ambigua sunt, in illis potius notionibus et observationibus sita sunt, quibus aequo ac tertio, ut vel stabiliiatur vel reiciatur, indiget. Non praeterendum vero hoc loco, quondam hunc classi  
mor-

— \* \* —

morborum venereorum larvatorum quaedam  
 blennorhagiae benignae inveteratae genera,  
 ischuriam venereum, coartationem urethrae,  
 abscessus, fistulas perinaei, ulcera et scirrhos  
 prostatæ pluraque testium symptomata annu-  
 merari solita fuisse, quae tamen omnia venereae  
 naturae non esse neque adeo Mercurii opera  
 curari posse, et e blennorrhagia tantum eate-  
 nus oriri, quatenus inflammationem causatur,  
 non quatenus venerea est, nunc inter omnes  
 constat. Quando mercurius non methodice  
 aut praeparato illegitimo datur, symptomata  
 luis venereae imminui, sedari, haud vero  
 curari, sed mox iterum pristina vi erumpere  
 dicuntur. Haec imminutio, extincio, sedatio  
 nihil aliud tamen sibi vult, quam effecta ve-  
 neni venerei coerceri et occultari et in hoc  
 larvatorum genus transmutari, quod mox  
 iterum mutant. Et quaerendum adhuc esset,  
 an partes secundi ordinis, ex Hunteri parti-  
 tione, periosteum, fasciae et ossa, que cum  
 aliis primi ordinis partibus, cute, tonsillis,  
 naso, collo, parte oris interiore et interdum  
 linguae, verisimiliter una inficiuntur, sed non

vna se vt veneno venereo tactas produnt, an  
hae partes secundi ordinis, inquam, in satis ma-  
gno intervallo intra earum inflectionem et inter  
eius conlectaria, quod tam diu perdurat, vt  
symptomata venerea partium primi ordinis in-  
terea saepe curari possint, non possint sub ean-  
dem classem revocari.

Transeamus iam ad tertiam larvationis  
speciem, quae quidem in venereis morbis locum  
habere possit. Quacritur nempe, an invenian-  
tur effectus veneni, venerei visibiles sed insoliti vel  
cum solitis vel sine iis conspicui, eo quidem  
ordine ac modo, ut alia morbi causa iis innua-  
tur, saltem natura eorum venerea lateat? Deci-  
sio huins quaestioni non pendet e multorum  
mente ab eo, ut decernatur, iues venerea signa  
pathognomonica habeat nec ne. Taciamus  
enim, talia in consuetis symptomatibus adesse,  
ambiguum tamen adhuc est et incertum, id quod  
gravissimam quaestioni nostrae, partem constituit,  
venereum venenum haec signa sola, non alia  
etiam simul edere possit? Ac licet sane sensu  
quodam affirmare, iuem venereum habere no-

tam

tam characteristicam, si dolores osteocopi protrahimmo, certissimo et indubitato luis venereae signo ponere volumus †). Sed parum inde lucratur prioris quaestionis decisio, nisi docetur, hoc signum pathognomonicum semper sequi debere nec solum decidere tum, cum adest. Habet quidem plurimorum morborum materia peccans partes, quas libentissime saepissimeque

C 5 invadit

†) Discrimen, quod inter dolores osteocopo-rheumaticos et venereos constituant, illos nimurum per stases in vasis periosteis, hos extensione oriri, in theoria magni momenti esse et curationem definire potest, siquidem probatur. Quam vero in diagnosin vim hoc discrimen, invisibile quippe, habeat, mihi non liquet. Et sunt tamen haec tantum phaenomena pro signis pathognomonicis habenda, quae haec ipsa phaenomena extra dubitationis aleam ponunt. Sed ipsum discrimen mihi suspectum videtur. Stagnationes in vasis sanguineis etiam expansionem facere debent et expansiones saepe stagnationem efficere poterunt. Venereos, arthriticos et rheumaticos dolores diversis in partibus et diversis temporibus graffari, plerumque verum est, an vero in iisdem partibus semper et necessario graffentur, hoc est, de quo dubites. Quod, nisi probari poterit, signa pathognomonica esse affligerari non potest.

invadit. In his igitur partibus saepissime certa symptomata certo ordine certaque duratione se produnt. Largiemur, virus venereum esse eiusmodi materiam peccantem, quae plerumque, quando absorbetur nec amplius locales effectus edit, in duobus intervallis vel ordinibus cutem, tonillas, collum, internam oris partem et saepe linguam, porro periosteum, et ossa invadat, idque modo vulgari et consueto faciat. Sed quibus tandem argumentis, has duntaxat partes veneno venereo infici, cum notis tantum symptomatis, consueto tantum ordine, serie atque duratione, posse afferere aliquis auft? Fator, me nulla animo fingere posse argumenta, quae severum examen sufficiant. Cum Cl. Gitterneri systemate coniuncta est alia quedam assertio, quam sine explicacionibus atque argumentis proponit, gravissimi illa quidem momenti: virus venereum, ait p. 74, excepta lymphae et vasibus lymphaticis, in nullas nec solidas nec fluidas corporis humani partes operatur. Gravissimum operationis huius momentum in compenda et spissanda lympha uersatur. Hinc omnia phaenomena luis venereae, ipsae exostos

les

ses et caries ossium explicari possunt,. E loco et nexus huius assertionis, probabile sit, eam et ad phænomena localia extendi, licet in blennorrhagia, ubi, ipso Girtannerio auctore, tantum glandulae mucum quendam secerentes in lacuna Morgagni inflammatae sunt, et in ulcerulis venereis nec lympha nec vasa lymphatica in partes et societatem venire possint. Venenum quidem ex his malis localibus primum vasis absorbentibus et glandulis lymphaticis se insinuat. Quod tamen in has partes et unice in iis operetur, et quidem lymphae spissationem producat, exinde nondum cogitur. Videtur tamen inde assertio Girtanneri esse deriuanda, ex qua postea mercurii modum operandi et crebros abortus matrum venerearum explicat. Habuit forte Cl. Girtanner tumores glandularum pro ultimo symptomate, a quo venenum venereum, inficiendi potestate praeditum, producatur: quandoquidem ipsum adeo pus, quod in ulcerulis secundariis secernit, una cum Hontero venereum esse negat. Hinc credidisse videtur, licere asserere, venerei veneni effectus cessare, si effectus ipsius non amplius virus venereum gene-

generant, et magnas mutationes, post bubones existentes luemque venereum formantes, ultimae corruptioni valorum et humorum, quam virus venereum produxit, adeoque corruptioni vasorum et humorum lymphaticorum, esse affigandas. Albus color ulcusculis venereis proprius, excrescentiae e venereo veneno crebro erumpentes, et loca, in quae operatur venenum, opinioni huic faverat forte visa sunt. Cum naturam contagiosam puris in secundariis ulcusculis venereis generati *Hunteri* experimentis, mox examinandis, non putem refutatam, huiusque adeo hypotheses fulcrum princeps vacillare videatur, non opus est mihi usum loquendi reprehendere, qui causae omnes effectus abnegat, qui non ipsius naturam (hoc loco venereo contagio inficiem) habent. Sed quomodo ingeniosissimus Girtanerus, qui hanc hypothesis amplexus est, tam pauca, tam determinata et tam angustis finibus contenta mala, quae tam sero demum totam organisationem invadunt et in febrem hecticam definere feruntur, a veneno venereo deducere potuit? Lympha cum chylo se miscens corrumpatur, quae cum spissari Girtanero

nero putatur, chylo fortasse viam obstruit, qua in ductum thoracicum unice pervenire potest? Lympha corruptatur, e qua etiam sanguis paratur, cuius lymphae corruptio certe in quemcunque secretum humorem, cui partes constitutivas largitur, in quamcunquae solidam partem corporis, ad quam formandam et nutriendam suum confert, magnam vim et potestatem habet? Non opus est enumerare morborum turbam, quos existere, concessa hac hypothesi, necesse esset.

Gravissimo argumento negari posse morbos venereo lervatos sibi persuasere, quandoquidem sectiones ipsaque natura et cursus morborum, clandestino veneno venereo adscriptorum, extenuos eorum effectus, exanthemata, ulcera et quidam ulcera singularis generis in internis partibus non prodebat. Sed ex multis phaenomenis pathologicisque rationibus stabiliri hoc posse videtur, omnes corporis nostri partes semper certas tantum species status praeternaturalis induere posse et diuerfas causas, quae statim praeter naturale producunt, parvas quidem mutationes, at tales, quae sentiri possunt, edere. Ita quaelibet in-

ure.

urethram vim exferens acrimonia blennorhagiam excitat, ita in glande penis, in praeputio et in tonsillis a qualibet morbi causa ulcerata oriuntur. Multum lucis spargi ex uberiori huius asserti declaratione posse videtur: sed rationes meae ab eo accuratius explicando ac determinando me abstinere iubent. Quodsi igitur ostendi poterit, viscera aliasque partes internas vel nullis vel paucioribus suppurationibus, et ulceribus, sed longe pluribus infarctibus omnis generis, indurationibus, inflammationibus, etc-exposita esse, a venereo veneno certe semper haec potius quam illa consectaria expectari poterunt. Virus venereum diversissime operatur diversissimisque species induit pro diversis, quas invadit, et in quibus se format, partibus. Sic longe alia phaenomena apparent in superficie secernente, cui virus primum applicatur, quam in externa cutis parte, in qua ulcerulum venereum primarium formatur; longe alia item phaenomena, quando in glandula proxima, ulcus ortum est. Symptomata tandem iuis venereae quam parum similitudinis inter se et cum illis effectibus localibus habent? In collo  
et

et in ore, in cute et in ossibus mala prorsus heterogenea formantur, quae tamen in his partibus etiam ab aliis causis, et si alia modificatione, vulgo exoriuntur. Mutatio veneni ante resorptionem, in ea et post eam, naturam suam prorsus immutare debet. Hac tantum ratione explicari potest, quod nulla vasa lymphatica nullaeque glandulae ordinis secundi, v. c. quae inter vasa pelvis et intra dorsum iacent, tanta vi invaduntur, ut inflammationes et bубоnes inde exstant. Ita tantum intelligi potest, mercurium blennorrhagiam et ulcerula uenerea primaria non sanare †). Quodsi hoc veneni

di-

†) Auctores optimi inefficiam mercurii ad-  
versus blennorrhagiam explicasse se putant,  
affirmando, venenum blennorrhagiae extra  
vias circulationis esse situm. Verum ul-  
cerula venerea secundaria in tonsillis et in  
ore, et omnia fere phaenomena luis vene-  
reae etiam extra vias circulationis sita sunt  
h. e. neque in vasibus neque in humoribus,  
qui haec vasa permeant, sunt posita Quodsi  
vero venenum extra circulationis vias situm  
dicitur, eo sensu, quod mali sedes in par-  
te sit, a qua nihil ad humores circulantes,  
ad quam nihil ab humoribus circulantibus

per-

discrimen, quale inter et post phaenomena localia est, agnoscis, gravissimi illud momenti Gir-tannero visum, satisfacere tibi experimenta nequeant, quibus Hunterus, naturam venereum exploraturus secundariorum ulcusculorum vene-reorum, ductus indolem iis venereum abrogavit. Efficitur iis tautum hoc, quod vel antea in dubitationem recte vocari poterit, venenum ulcusculorum venereum secundariorum nulla ulcuscula primaria formare, haud vero, nulla alia phaeno-mena venerea ab eo excitari posse, fortasse eadem tantum in iisdem partibus v. c. ulcera in tonsillis tantum, si venenum ab iis derivatum est. Haud dubie iusto mitius factum est, quam ut irritamenta in cute necessaria producere possit, nisi eius conditio a conditione in ulcusculis venereis primariis magis adhuc recedit. Ac possumusne symptomatis alienus characterem venereum in dubitationem vocare, si materiam non producit talem, quae morbum venereum propagare possit? Estne haec unica veneni venerei pro-

pervenire possit, perperam hoc dicitur,  
quandoquidem in urethra vasa absorbentia  
et fecernentia sunt.

— \* \* —  
 proprietas? Possuntne causas se offerre, in quibus haec proprietas vim exercere nequit, vixi, e Girtanneri mente, venenum muco non est implicitum? In infantibus, qui in transitu per genitalia localiter affecta inficiuntur, morbus venereus cum singul'aribus ac notatu dignissimis plane symptomatibus appareat, et pathognomonicum in iis est puriformis ex oculorum palpebris et auribus effluxus. Quod si verum est, phaenomena horrenda, post dentium transplantationem saepe accidentia, veneno venereo, quod vna transplantaretur, proficiisci novo illustrique exemplo pateret, quomodo modus, quo venenum corpori insinuatur, et partes, quas invadit, universam phaenomenorum indolemmutare possint. Ex his omnibus colligi posse videtur, effecta veneni venerii in partem, quam invadit, a priori non posse determinari, omnium minime secundum analogiam effectorum, quae in alia parte C. h. edidit, quantumvis sit illi alteri parti similis. Non est igitur, quod a veneno venereo ulcera et exanthemata in visceribus expectemus, quia talia in partibus externis cognuntur.

D

Innul

Innui tantum, non copiosius exponi, hoc loco possunt nonnulla, quae ad affirmandam quaestionem prolatam faciunt. Irritatio, quam virus venereum in corpore facit, in suis conseq*u*ariis certe a diverso irritabilitatis et sensibilitatis corporis gradu determinari debet. Quod si igitur morbus in corpore quam maxime irritabili ac sensibile existit, quomodo incipere, continuari ac desinere debet, quibus motibus febrilibus, qua adiunctione aliorum morborum, ab illo morbo profectorum? Hic morbus, inquam, qui semper in robustissimis et minime sensibilibus constitutionibus motus febriles in primo stadio inevitabiles reddit, hic morbus, qui, si latius serpit, negligitur nec arte curatur, semper in febrem hec dicam mortemque desinit? Profecto, vel adau<sup>g</sup>tio gradus irritabilitatis et sensibilitatis corpori proprii et conseq*u*aria ex nimia illarum efficacia, relaxationem puta et debilitatem, etiam si nullam malorum et turbationum venerei veneni, quae illos effectus producunt, rationem habeas, iamiam multiplicem variorum morborum dispositionem facere debent, quorum semina vel iam antea in corpore latebant

bant vel extrinsecus semper facili negotio accedere possunt, et qui sanari aliter non possunt, nisi dispositio his morbis favens, quae, dum virus venereum in corpore est, alitur, plane opprimatur. Multum igitur vel omne ad eorum curationem confert, qui corpus veneno venereo liberat. Argutiis et subtilibus distinctionibus, qui morbos venereos larvatos negare sustinent, se tueri forte possunt, licet assertionum a me propositarum fidem impugnare notint. Non omnino tamen probanda videtur eiusmodi ratio, quae notiones confundere medicumque practicum facile seducere queat. In pathologia tantum, non in casibus individuis et ad lectulum aegrotorum, discrimen inter symptomata morbi, causae et symptomatis †) et locum et usum aliquem habet; illius usus ad declinanda argumenta nostra reprobandus esset merasque subtilitates inane signareret.

## D 2

## Obser-

†) Ne quis miretur omissa h. i. symptomata auxiliaria vel activa, tenendum, e notionibus supra a me expositis de viribus naturae medicatricibus, sub symptomatibus morbi, causae vel symptomatis semper symptomata auxiliaria vel activa comprehendi.

Observationes, quas quidem novi, de morbis venereis larvatis nullam vim habent. Partim data et asserta continent omni theoriae et experientiae contraria; partim omnis eorum vis ab eventu et effectu mercurii in reparanda valetudine repetita est. Verissime autem Gittannerus: „Mercurius, ait, efficacissimum est remedium, quod cum venereis, tum multis aliis morbis medetur. Medetur tetano, hydrophobiae, inflammationibus jecoris, hydrocephalo, hydropi, febris intermittentibus, dysenteriis perinacibus, mensibus suppressis, certis generibus inflammationum intestinalium, inflammationibus oculorum, rheumatismis chronicis, vermis atque in variolis etiam egregios usus praestat. Curatio morbi per Mercurium nullo patto probare potest, eum a venerea causa proscidum esse, nisi forte variolas, hydrophobiam, tetanum et vermes quoque venerea symptomata appellare velis.“

Morbi, qui ex venereo degenerasse crediti sunt, Yaw, Guineensium, Epian vel Pian Americanorum, ipse adeo morbus nuperime Cana-

Canadae exortus et a cl. Swediavio in nova editione libri de morbis venereis descriptus, (Le Mal de la Baye de St. Paul), et id genus alii, in hunc censum omnes non veniunt ac nem cum quidem vim probantem haberent, si vel origo eorum et natura venerea minus incerta esset.

Sed nec experientia iam contra larvatos venereoos morbos aliquid decidit, ac vereor, ne petitionem principii committat Cl. Girtanner., afferens haec: "In magna venereorum aegrotorum, quas per varias regiones vidi, copia ne unus quidem fuit, in quo morbus incertus larvatusve esset. Semper unum aliquod eorum, quae prioribus capitibus descripsi, symptomatum deprehendebatur." Persuadet quippe sibi vir doctissimus, hydropem, phthisin et multa alia mala a veneno venereo oriri haud posse, non eruit hoc venenum ex illis malis, adeoque, nec incertum nec certum esse intellegere potuit. Quando vero symptomata venerea nota vidit, venereum morbum suspicata.

tus est, qui ipsi, quoniam eum sine illa non  
divinabat, nunquam incertus larvatusve videri  
poterat. Hunterus quoque, se cerebrum, cor,  
stomachum, iecur, renes et reliqua viscera a  
veneno venereo affecta vidisse negat; verum  
quaerebat ille tantum effecta veneni in parti-  
bus externis, haud vero, quando corruptio-  
nem viscerum cernebat, venereum eius cau-  
sam inquirebat. Iuvaret vique videre, an  
non observationes et experientiae institui pos-  
sent, quae existentiam morborum venereorum  
larvatorum omni exceptione maiorem redde-  
rent. Quodsi de Mercurii modo operandi  
contra virus venereum certiores essemus et  
praeterea evincere possemus, Mercurium hac  
certe, non alia quadam ipsi propria, ratione  
morbum sustulisse, quodsi praeterea ostende-  
retur, Mercurium hac ratione in ceteras omnes  
morbi causas nihil prorsus elicere, tum de-  
mum morbi venerea indoles et quidem sub  
conditionibus supra nominatis indoles morbi  
venerei larvali satis in aprico esset posita. Ma-  
ior adhuc assertioni vis et evidentia accederet,

— \* \* —  
si mercurius antea frustra adhibitus fuisset, quia  
aliter operatus esset, certas evacuationes exci-  
tasset etc. vel si Hunteri hypothesis stat, irri-  
tamentum non potuisset efficere, a quo vene-  
ni venerei irritamentum tollitur, forte, quia  
corpus sensim paulatimque ei nimis adsuesce-  
ret. E pluribus eiusmodi casibus in unum lo-  
cum collectis propria forte quaedam depre-  
hendi possent, quae diagnosis faciliorem et  
expeditiorem redderent. Ingenio medici pra-  
etici, qui amplificare hanc scientiae nostrae  
partem suscipit, viae fortasse ad erendum  
id, quod verum atque certum est, occur-  
runt, quas illius tantum acumen cernere et  
planas reddere, per quas ille tantum incedere  
ita potest, ut et suae et artis, quam profite-  
tur, gloriae consulat.



Uk 2016

X2535808

AC







COMMENTATIO  
DE  
MORBIS VENEREIS  
LARVATIS.

A V C T O R E  
ISRAELE STIEGLITZ,  
M. D,

GOTTINGAE  
TYPIS IO. HENR. SCHVLZE,  
MDCCCLXXXIX;